

Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, seu expeditio-
nis contra infideles, vel alias, quacumque de causa, per
Nos, & Sedem predictam, nunc, & pro tempore factis,
nullatenus comprehendendi, sed illis non obstantibus dictis
Christi fidelibus omnes suffragari, ipsosque illis gaude-
re, seu ut debere decernimus, perpetuis futuris temporis
bus duraturis.

§. 14. Non obstantibus premissis, & constitutionibus,
& ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis qui-
buscumque.

§. 15. Ceterum, quia difficile foret presentes literas
ad singula quaecumque loca in quibus expediens foret
deffiri, volumus, & auctoritate predicta etiam decernim-
us, quod earundem praesentium literarum transump-
tis, manu unius, vel plurium Notariorum publicorum
subscriptione, & sigillo aliquius prelati, seu persone in
dignitate Ecclesiastica constitutae municiis, plena, ac tanta
fides adhibetur, & adhiberi possit, & debeat, in omnibus,
& per omnia, sicut ipsis originalibus, si essent in
medium exhibite, vel ostensa.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pa-
ginam nostre confirmationis, concessionis, & inhibicio-
nis instingere, vel ausu temerario contraire. Si quis au-
tem hoc attentare presumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
ejus, se novit incursum.

Dat. Romae apud S. Petram, Anno Incarnationis Do-
minice millesimo quingentesimo vigesimo, pridie Nonas
Octobris, Pont. nostri Anno octavo.

HADRIANUS SEXTUS PONT. CCXXXI.
ANNO DOMINI MDXXI.



Hadrianus Sextus, Florentinus, Belga, Urbe Trajecto-
natus, Episcopus Dertensis, Presbyter Cardinalis
tituli S. Joannis, & Pauli. Cœatus quinto Idus Janvarii,
Coronatus 4. Kal. Septemb. anno 1521. Vixit annum
unum, menses octo, & dies tres. Creavit Cardinalem 1.
Obiit 8. Kal. Octob. Anno Domini 1523. Sepultus fuit
in Basilica S. Petri, postea translatus fuit in Eudes S. Ma-
rie Germanorum. Vacavit Sedes menses duos, dies 4.

I. Administratio Militiarum Sancti Jacobi de Spa-
tha, de Calatrava & de Alcantara, in Regnis
Hispaniarum institutarum, Ordinum Sancti
Augustini, & Cisterciensis, Coronæ Regiae per-
petuo conceditur, cum omnibus juribus, quæ
carum magni Magistri habere consueverunt.

De officia S. Jacobi habes etiam sup. in conf. 5. Alex.
III. Benedictus, & infra in conf. 32. Clem. VII. Ex
Apostolica, nonon & conf. 30. Greg. XIII. Romanis.
De Milizia autem Calatrava habes sap. conf. 16.
Int. II. Romanis, & inf. conf. 12. Clem. VII. Roma-
nus, & in alia conf. 18. Apostolica, nonon Gregor.
XIII. conf. 32. Ex Apostolica, & in alia conf. 30.
jam citata. De Milizia autem Alcantara habes
similiter sup. conf. 44. Leon. X. Ex Apostolica, &
inf. in pract. bullu Greg. XIII.

HADRIANVS EPISCOVS, Edic. 14.
Dilecte fili: Salutem & Apostolicam benedictionem,

Dum intra nostræ mentis arcana, debita moderatio
pensionem pensamus, S. Jacobi de Spatha, ac de Ca-
latrava, & de Alcantara, in Regnis Hispania-
rum creatas, propterea militias institutas fuil-
se, ut contra orthodoxæ fidei hostes, & inimicos arma-
tum, & valida praesidia essent, earumque milites in in-
fidelium expugnatione, ac Regnorum ab ipsis infidelibus
occupatorum recuperatione jugiter vacarent, strenuaque
ipsorum virtute, & opera, proximis annis, non solum
quamplurimas Civitates, loca, sed etiam aliquot Principi-
pati, dominia, & Regna, quæ infideles Mauri occupave-
rant, & per multos annos detinuerant, non sine proprii
sanguinis effusione, cum magna CHRISTI nominis glo-
ria recuperata, & ad fidem CHRISTI reducta fuisse con-
sideramus. Insuper & animo revolvimus, quæ charissimus
in CHRISTO filius noster Carolus, Castellæ, & Legionis
Rex Catholicus, in Imperatorem electus, claræ memorie
Ferdinandi avi, & Elisabetæ Reginæ avie, Castellæ, & Le-
gionis hujusmodi, ac aliorum progenitorum suorum ve-
stigia secutus, pro universa Ecclesia (cujus ut nos ad Sum-
mi Apostolatus apicem assumptione pastor, ita ipse ad sa-
cri Imperii fastigium electione advocatus existit) non so-
lum insulæ Servarum, quam ipsi Mauri detinebant expu-
gnatione, sed etiam adversus Martinum Luthерum per
Sedem Apostolicam hereticum declaratum executione,
fecit, & in dies ipsum sub disciplina nostra à teneris edu-
catum, ob ejus devotionem ac fidem erga nos, & hanc
sanctam, in qua permissione divina sedemus, ac universam
temporalem Christianam, divina favente gratia factu-
rum fore speramus; dignum meritò censemus, & con-
gruum, ut militia predictæ Coronæ, Regni Castellæ, &
Legionis perpetuò applicentur, non minus ut Caroli ip-
sius in Imperatorem electi studia, & conatus, ad profligando-
& subjugando infideles barbaros concede-
Domino crescent, & augantur, quām ut ipsarum militia-
rum felix & prosperum regimen semper in melius pro-
cedant, & illorum militum disciplina solertia evadat,
ipsumque Carolum in Imperatorem electum, ejusque
posterioriter signo speciali benevolentie prosequamur,
& quadam perpetuitatis memoria decoremus.

§. 1. Sanè cum Ferdinandus Rex, & Elisabeth Regi-
na præfati, in humanis agentes, suorum, & ipsi progeni-
torum vestigia secuti, quamplurima egregia facinora &
gesta fecerint, ac solum Hispaniam à Saracenis, &
Mauris, qui Regnum Granatæ, ac plura alia dominia oc-
cupaverant, non sine multis laboribus, & impensis, ac
magna Christiani sanguinis effusione purgaverint, ac
quamplurimos infideles à falsis idolorum tenebris, ad
veram orthodoxæ fidei lucem reduixerint, sed pluribus
etiam casibus Oceanum mare penetravérint, & ad di-
versas ac maximas, & antea mortalibus ignotas insulas,
salutifera Crucis vexillum detulerint, & in ipsis insu-
lis plurimas metropolitanas, & cathedrales, ac alias Ec-
clesias ad CHRISTI nominis gloriam & exaltationem
erigi, seque ob talia merita Catholici nomine, ab hac
sancta Sede insigniti obtinuerint.

§. 2. Cumque in dictis Castellæ, & Legionis Regnis, S.
Jacobi de Spatha, ac Calatrava, & Alcantara, S. Augusti-
ni & Cisterciensis Ordinum Militiarum Magistratus, ad
eisdem fidei exaltationem, & infidelium barbarorum, suarum
maxime circumvicinarum partium depressionem, & ex-
pugnationem instituti fuerint, ut prefertur.

§. 3. Et

HADRIANUS SEXTUS.

627

¶ 3. Et quandoque illi per Romanos Pontifices praedictores nostros, Regibus Castellæ, & Legionis hujusmodi, seu eorum primogenitus, aut propinquioribus instantibus nuncupatis respective, in administrationem, dum expediens fore vatum fuerit, concedi consueverint, illorumque ad praesens idem Catholicus Rex in Imperatorem electus perpetuus administrator per Sedem praedictam deputatus existat, ipsatumque militarium Magistrorum electiones, ad praetoriam militiam hujusmodi de praecoptores seu milites spectare noscantur, ac inter eos, occurrente dictorum Magistrorum vacacione, super electionibus pro tempore faciendis, possent quandoque dissensiones oriri, plurimumque Regis Castellæ, & Legionis pro tempore existentes interfit, ut ipse Magistrum hujusmodi curam, & administrationem habeat, cum Magistratus ipsi quamplurimas Civitates, & Arces, partim ab ipsis Regibus Castellæ, & Legionis donatas, partim per ipsos Magistros ab infidelium manibus proprii sanguinis effusionis comparatas, & acquilas possident, & si illorum Magistri aliquando se Regi opponerent, ex illorum institutione, que ad eorundem Regnum pacem & quietem, ac infidelium expugnationem emanavit, gravia scanda, & pericula in Regnis ipsis, prout proxinis annis cum minoribus constituti, & dictorum Regnum regimini & administrationi praepositi essent, propter aspirationes ad ipsos Magistratus oculis nostris vidimus, succedere possent, si autem Magistratus ipsi Corona Regia Regis Castellæ, & Legionis hujusmodi pro tempore existentes perpetuam unirentur, annexerentur, & incorporarentur, ita tamen quod ex illorum hujusmodi unione tituli singulorum Magistrorum hujusmodi ad infra scriptum esse cum extincti non censemantur. illi per Regem ipsum longè melius regi & gubernari possent, curaretque Rex ipse, ut illatum militarium milites idonei, & in arte militari adeo periti, & experti essent, ut de illis merito sperari posset, quod non solum dicta regna ab infidelibus defendenter, sed ipsum Regem ad expeditionem contra Turcas, & alios infideles maritima classe, ac terrestre exercitu suscipiendam & prosequendam ultra sollicitarent, & invitarent, scandalisque & dilectionibus inter ipsos praecoptores, seu milites, electores, ac aliis periculis que exoriri possent obviaretur, si pseque Carolus Rex in Imperatorem electus ad sanctum pacis & unitatis Regnum & Principum opus, quod pro totius Christianæ reipublicæ necessaria defensione, ac contra hostes Turcas felici expeditione perficeret, & concludere desideramus, pro sua religione & devotione in hanc sanctam Sedem nos plurimum juvare, ac temporibus Christianam à tam gravi periculo in quo consti tuta est, divina favente gratia liberare possent, ac omnia pro fidei Catholicae exaltatione, ac infidelium barbarorum depressione, libentius & constantius facere non cessaret, similiterque ejus successores facere parati essent, militesque dictarum militiarum, sub Regis hujusmodi disciplina magistrali, & experti, & ad conferendum manus contra Turcas, & infideles hujusmodi, multo promptiores & alacriores redderentur.

¶ 4. Nos præmissa diligent consideratione pensantes, ac animo revolventes, qualia, & quanta ejusdem Caroli Regis in Imperatorem electi majores, prius, ac etiam nostris temporibus, pro expurgatione infidelium & barbarorum nationum perfecerint, quodque Regna, & Terras, ac insulas ab ipso forum infidelium manibus eriperint, & ad Christianam religionem reduci curaverint, & que ipse Carolus Rex in Imperatorem electus, tam ferventi animo hac tempestate nostra pro Christianae fidei religione, & hujus sanctæ Sedis dignitate tuenda, adversus Martinum Lutherum præfatum, & ejus fautores ac alios qui contra nos, & dictam Sedem superbæ cornua erexerunt, ac in dictæ insulæ Servarum expugnatione, quam divino assistente auxilio, sibi subdidit, digne & laudabiliter efficerit, ac sperantes quod quanto majoribus beneficiis & gratiis Majestas sua à Sede Apostolica se premitam & affectam cognoverit, tanto magis eidem Ecclesiæ, cuius advocatus, ut præfertur, existit, exuberantes favores, quoties opus fuerit exhibebit, ac brevi tempore, pro sua ipsius singulari devotione ac virtute, Regia que

Bullar. Mag. Tom. I.

magianimitate & imperiali celitudine, ad honorem Dei & nominis Christiani propagationem, adversus nefandissimos Turcas Christiani nominis perpetuos hostes, & contra spuriissimum illam gentem, que Christianum sanguinem avide sit, & nostris cervicibus imminet, justissimum bellum suscipiet, ac eot provincias & Regna ab ipsis Turcis & aliis infidelibus occupata recuperabit, & nomen Salvatoris Domini nostri Jesu Christi longè lateque propagabit, habita super iis cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus matuta deliberatione, ac eorum consilio & assensu, Magistratus praedictos, quorum omnium qualitates, necnon vetrum & ultimum vacationis modum, illorumque ac Coronæ Regiae Castellæ, & Legionis hujusmodi regnum vero annuos valores, praesentibus pro expressis haberi volentes, eidem Corona Regiae, etiam Corona ipsa aliquo tempore ad mulierem spectaret, cum omnibus praeminentiis, jurisdictionibus, facultatibus, redditibus, iuribus, obventionibus, & pertinentiis suis universis, auctoritate Apostolica, tenore praesentium perpetuam uniuersitatem, anneximus, & incorporamus. Ita quod jus administrandi ipsos Magistratus, vive in virum, vive in mulierem cum corona transeat, & omnia que ipsi Magistri, qui pro tempore fuerint, facere & exercere, & contineendas ipsas, & praecoptorias, ac alia beneficia militiarum hujusmodi personis idoneis conferre libere possint, in omnibus, per omnia, perinde ac si unio hujusmodi quoad præmissa duntaxat, inimicè facta fuisset, ipsorumque Magistratum possessionem propria auctoritate liberè continuare, seu illam de novo Sibi, & Regi Castellæ & Legionis pro tempore existenti, etiam propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuam retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus, in suos, ac Magistratum hujusmodi usus, ad quos deputati sunt, & utilitatem convertere, dictarum locorum, & quorumvis aliorum locorum, seu consensu minime requisitis. Ita tamen quod ipse Catholicus Rex in Imperatorem electus, ejusque successores Castellæ & Legionis Reges pro tempore existentes, ea que spiritualia concernunt, per personas dictarum militiarum religiosas, per ipsos Reges pro tempore existentes ad id deputandas, ad eorum nutrum amovibiles, probe, & laudabiliter exerceri facere debent, & resenantur. Quibus sic pro tempore deputatis personis generali, faciendo, mandandi, ordinandi, exercendo, exequendi, & disponendi omnia & singula que dictarum militiarum Magistri pro tempore existentes, de jure, vel Conseruandæ, aut alias quomodolibet facere, gerere, exercere, mandare, disponere, exequi poterant & consueverant, auctoritate & tenore præmissis plenam, liberam, & omniummodam facultatem concedimus, & ne in præjudicium dictæ unionis per milites, seu fratres dictorum Ordinum aliquid de facto teneatur, per viam electionis, vel postulationis, seu alias decedente Rege, vel Regina, qui dictos Ordines administraverit, auferimus ab eis omne jus auctoritatem eligendi, postulandi, vel de novo administratore perpetuo providendi, & sub pena excommunicationis, ac privationis commendatum & praecoptoriarum, ac aliorum beneficiorum, que obtinent, inhabilitatisque ad ipsa in posterum obtinenda, omnibus & singulis prohibemus, ne elegant, postulent, vel de eligendo aut postulando tractent, quas penas volumus eos ipso factio incurrere, abolitionem nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter reservantes.

¶ 5. Non obstantibus nostra, qua volumus quod in Dominatio temporibus unionibus exprimi debere, valor etiam beneficij, cui unio fieret, & semper commissio fieret ad partes, vocatis quorum interstet, ac aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, ac stipulamentis, usibus, & naturis dictarum militiarum, juremento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, & indultis, ac literis Apostolicis dictis militis, eatumque praecoptoribus, militibus, & conventibus per dictam Sedem forsan coalescens, illis praesertim quibus caveri dicitur, quod Magistratus de Alcantara, de Calatrava vel personis regulares S. Augustini, & Cisterciensis Ordinis hujusmodi exprimitur.

professas, & non uxoratas, ac alias certo modo qualificatas dumtaxat, obtineri possint, quibus, etiam si ad eorum derogationem, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, illorum tenores hujusmodi presentibus pro expressis, & insertis habent, illis alias in suo robore permanunt, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliqui super provisionibus faciendis hujusmodi Magistratibus, ac dignitatibus, speciales, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in partibus generalibus, dictæ Sedis, vel ejus Legatorum literas impetrant, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem literas, & processus habitas per easdem, & inde secuta quæcumque, ad Magistratus hujusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad aseccutionem Magistratum, aut beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuscumque privilegiis, indulgentiis, vel specialibus, & literis Apostolicis generalibus, quorumumque tenorum existant, per quos presentibus non expressa, vel totaliter non inserta, est. Quis carum impediri valcat quomodolibet, vel differri, tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis, provisio que dicti Magistratus debitum propterea non fraudentur obsequiis, sed eorum congrue supportentur onera consueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super iis à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Prohibicio alienandi bona immobilia aut mobilia propriis d.d.

§. 6. Volumus autem quod ipse Rex pro tempore existens, ab alienatione quorumcumque bonorum immobilium, & pretiosorum mobilium dictorum Magistratum penitus abstineat.

Militarium. Facultas exigitur pro Ma gistratu filii consueta.

§. 7. Quodque antequam dictos Magistratus, vel eorum aliquem administrare possit, succedentes in regno hujusmodi, vobis, seu successoribus vestris canonice intrantibus, jura omnia solvete teneantur, que Magistri pro tempore solvere consueverunt, quibus solutis, ex tunc confirmatio, & licentia concessa sint, & esse censeantur, administrationemque liberè exercere possit.

Declaratio quod certe causibus confessio, & gra tie hujusmodi iuris satis.

§. 8. Et ille ex iis, qui nullo unquam tempore, quod absit, à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentes canonice intrant, & Romana Ecclesia obedientia, & devotione se subtraxerit, vel contra eum bellum suscepit, in ejus damnum, & detrimentum honoris, aut rerum, per se vel alium, seu alios, directè, vel indirectè, machinatus fuerit, hujusmodi gratia privatus existat, praesentesque litera nullius sint roboris, vel momenti, ipsaque unio eo ipso dissoluta sit. Ipsiique Magistratus per dissolutionem hujusmodi vacare censeantur, & de illis per Sedem prædictam liberè disponi possit.

Nulli ergo, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, iv. Nonas Maii, Pontificatus nostri Anno primo.

II.

Contra Christianam fidem suscepit abnegantes, sacramentis abuententes, sortilegisque & maleficiis, alios lèdentes, ab Inquisitoribus hæreticæ pravitatis graviter puniendos.

Adversus Maleficos, & Sortilegos, & te que dixi sup ad conf. I. Innoc. VIII. Summu.

Contra Maleficos, & sortilegos cum Diabolo pactum facientes, à fideque apostolando alios lèdentes, sanctiōnem edidit Greg. XV. const. 46. Omnipotens, inf. to. 4. Edita An. D. HADRIANVS EPISCOPOS, &c.

Inquisitori Cremonensi. Dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Inquisitores Cr. mona procedebant contra maleficos, & obediens.

§. 1. **D**udum, ut nobis exponi fecisti, per fel. rec. Julianum Papam II. prædecessorem nostrum, non sine magna tunc animi sui displicentia accepto, quod per quendam Georgium de Casali, Ordinis Fratrum Præ-

dicatorum Professorum, & in Civitate Cremonensi hæretice pravitatis Inquisitorem deputatum in nonnullis *diabolis*, *hancet,* Lombardis partibus, & præseruit locis, in quibus dictus Georgius Inquisitor deputatus erat, repertæ furent quamplures utriusque sexus personæ, propriæ salutis inimicorum, & à fide Catholica deviantes, certam sectam facientes, fidem quam in sacri susceptione baptisimi suscepserant, abnegantes; sanctam Crucem pedibus conculcantes, & opprobria super eam perpetrantes, Ecclesiasticis, & præseruit Eucharistica Sacramentis abutentes, diabolum in suum dominum, & patronum assumentes, eique obedientiam, & reverentiam exhibentes, & suis incantationibus, carminibus, sortilegiis, aliisque nefandis superstitionibus jumentis, & fructus terræ multipliciter lèdentes, aliaque quamplurima nefanda, excessus, & crimina eodem diabolo, infligente committentes, & perpetrantes, in animarum suarum periculum, divinæ Majestatis offendam, perniciosumque exemplum, & scandalum plurimorum.

§. 2. Contra quas cum dictus Georgius tunc, ut asserrebat, in dictis locis sue Inquisitioni deputatis, prout ipsius Georgii incumbebat officio, ipse Georgius processisset, nonnulli autem, tam clerici quam laici illarum partium, quærentes plus sapere quam oportet, præmissa delicta ad eisdem Georgii Inquisitionis officium non pertinere temere asserentes, prælumentes in populo errores, & scandala ferinaverunt, sicutque eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgii officium impedire tonati fuerunt, prout etiam tunc impediabant, ita quod propter præmissa, personæ prædictæ delicta hujusmodi perpetrantes, remanebant impunita, & alia eorum exemplo ad similia perprævara quotidie inducebantur, in non modicum fiduci opprobrium, animatum periculum, & scandalum plurimorum.

§. 3. Dictus prædecessor volens (ne inquisitionis officii execuſio quomodolibet retardaretur, & labes hæretice pravitatis longè venena diffunderet) providere, dicto Georgio per quasdam suas in forma Brevis literas commisit, & mandavit, quatenus in locis eisdem Georgii Inquisitioni deputatis de excessibus hujusmodi cognoscere, & contra quascumque personas, cujuscumque conditionis, & præminentibus forent, inquisitionis officium exercere, & execuſi, ipsasque personas, quas in præmissis culpabilis repertit, una cum locorum Ordinario rum Vicariis, quatenus voluerint interesse, juxta dictarum personarum demerita corrigeret, & punire deberet, secundum modum contra alios hæreticos à jure ex sacris canonibus statutum, contradicentes quoſcumque per censorum Ecclesiasticam, & alia juris opportuna re media compescendo. Eos verò qui in præmissis confitum, auxilium, vel favorem præstarent, præfatus prædecessor noster, eisdem indulgentiis uti, & gaudere decrevit, quibus Cruce signati contra alios hæreticos, ex in dulcio Apostolico eis concessio, tunc gaudebant, & utebantur, prout in dictis literis plenius contineri dicitur.

§. 4. Et sicut eadem expeditio subiungebat, non solum delicta, & crimina hujusmodi contra fidem Catholicam, & Christianam religionem, sub jurisdicione Inquisitionis Cremonensis committuntur, & perpetrantur, sed omnibus aliis locis, & dictisibus, sub jurisdicione aliorum Inquisitorum dicti Ordinis Congregationis Lombardie, in dies perpetrantur, & committuntur. Et cum eadē sint delicta, eadem profecto provisione, & castigatione eis est earundem literarum tenore providendum. Quare tu, sicut afferis, in Civitate Cremonensi, ubi dictæ pravitatis Inquisitor existit, tam duo, quam omnium aliorum dictorum Ordinis, & Congregat. hæreticae pravitatis Inquisitorum ubilibet conscientium, & deputatorum, non minibus fecisti nobis humiliter, supplicari ut literas prædictas ad vos extendere, & ampliare, aliasque desuper opportunè dignaremur providere.

§. 5. Nos igitur hujusmodi supplicationi inclinati, literas prædictas, cum omnibus in eis contentis clausulis, in *nibus in iuri* *opusculis*, & per omnia, prout in eisdem literis continetur *toribus ma* *dat.* Inquisitores, tam in præsentiarum deputatos, quam in futurum perpetuis futuris temporibus deputandos, ac si tibi,

HADRIANUS SEXTUS.

619

tibi, & cuilibet Inquisitorum predicatorum dirigentur, quoad Metropolitan. ac alias Cathedrales Ecclesias & Monasteria, necnon Prioratus, & praeposituras, ac alias dignitates Conventuales, & alia electiva, etiam si quibus reservations, & concessiones, facultates, & indulta hujusmodi facta, & concessa fuerunt, quascumque conditio nes eis propterea quomodolibet impositas, & promissiones per eos propterea factas adimplerent.

*Concessio
nibus
sumptu
bus, &
publis.*

§. 6. Non obstantibus illis, que idem Julius prædecessor voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Et quia difficile foret presentes literas ad singula loca, in quibus de eis fides forsan fuerit facienda, deserte: Apostolica auctoritate decernimus, quod ipsum transumptis, manu cuiuscumque Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ muniris, in judicio, & alibi, ubi opus fuerit, eadem pro rursus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 20. Julii 1522. Pont. nostri anno primo.

III. Declaratio, & revocatio concessionum jurispatronatus, & præsentandi ad beneficia Ecclesiastica, à Sede Apol. & ejus Officialibus ab anno primo Pontificatus Inno. encii Papæ Octavi circa factarum.

*u. A. D. De hac materia notavi supra in ejusdem argumentis
conf. §. Innoc. VIII. Cum Ab Apostolica.*

*rebus
buijus
tit.*

Sanctissimus D.N.D.Hadrianus Papa VI. Accepto per Sanctitatem suam quod nonnulli Romani Pontifices ejus prædecessores diversis personis, Collegiis laicorum iuspatronatus, ac facultates, & indulta præsentandi, seu nominandi personas idoneas ad Ecclesias etiam Metropolitanas, Monasteria, & beneficia Ecclesiastica secularia ac regularia, ac hospitalia, & alia pia loca ex tunc deinceps vacatæ, etiam interdum pro coram hereditibus, & successoribus alias sub variis modis, & formis per diversas corum literas in perpetuum, vel ad certum tempus reservarunt, & concesserunt, considerans quod per hujusmodi facultates, & indulta Romanus Pontifex sèpius impeditur quo minus personas qualificatas, utilles, & necessarias, ad Ecclesias, & Monasteria promovere, ac de beneficiis Ecclesiasticis similibus personis providere, hospitalia quoque & pia loca hujusmodi personis etiam utilibus, & Monasteriis, committere, & alias de illis disponere liberè possit.

*Revocatio
nibus
jurispa
tronatu
s & præ
ficiis, quod
est in cl
eru.*

§. 1. Ideo ut per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam liberius de personis bene meritis dictis Cathedralibus Ecclesias, & Monasteriis providetur, & de illis ac aliis dignitatibus, beneficiis, hospitalibus & piis locis hujusmodi disponatur, opportunè providere volens, feliciter recordationis Innocentii Papæ Octavi suæ Sanctitatis prædecessoris inhærendo vestigis, omnes, & singulas reservationes, & concessiones jurispatronatus, ac facultates, & indulta præsentandi seu nominandi personas hujusmodi ad Ecclesias, Monasteria, Prioratus, praeposituras, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus, & præbendas, aliqua beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & Ordinum quorundamcumque regularia, qualitercumque qualificata, ac hospitalia, & alia pia loca, per prædecessores, & Sedem Apostolicam, aut ejus Legatos, Nuntios, executores, & subexecutores ab anno primo Pontificatus ejusdem Innocentii prædecessoris circa quibusvis Regibus, Regnis, Ducibus, & Marchionibus, ac aliis Principibus, & personis, necnon Communitatibus, Universitatibus, Confraternitatibus, & Collegiis secularium personarum, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, etiam ex motu proprio, & ex certa scientia, ac de potestate Apostolica plenitudine, aut etiam consistorialiter, & alias tam simpliciter, quam sub quibusvis conditionibus, & promissionibus, & alias quomodocumque & qualitercumque, & ex quibusvis causis, præterquam ratione exceptionis locorum in quibus Ecclesiaz, Monasteria, & beneficia prædicta consistunt ex infidelium manibus, & testate facta, & concessa, quorum omnium formas, & tenores eadem sua Sanctitas haberi voluit pro expressis

*Es quoad dicta
electiva, cult
declarations
bus hoc paf
ficiuntur.*

§. 2. Quo verò ad illa beneficia, ac hospitalia, & pia loca hujusmodi, si illi quibus reformationes, & concessiones, ac facultates, & indulta hujusmodi facta, & concessa fuerunt, ut præfertur, illorum occasione fructus proxime dictorum beneficiorum hospitalium, & piorum locorum ad medietatem unius anni valoris fructuum eorumdem secundum communem estimationem de propriis eorum bonis non auxerunt, vel eorum Ecclesias, aut hospitalia, & pia loca hujusmodi de novo fundamentaliter non edificarunt, seu funditus non redificarunt, seu fundos in quibus edificia impræsentiarum subsecuta non coegerunt, ac quorum augmentis edificationis, redificationis, & concessionis respectiva probationem eos, qui tali jurepatronatus seu præsentandi, & nominandi direcione, vel indirecte uti voluerint, eadem sua Sanctitas teneri decrevit, etiam si conditions ad quas alias quam modis præmissis tenebantur, executioni demandatae fuissent, & in literis reformationum, & primo dictarum concessionum seu facultatum, & indultorum hujusmodi cautum sit quod dictum jus simpliciter, vel sub certis conditionibus, modis, & formis ex fundatione, vel dotatione pertinet, aut pertinere censeatur, vel perinde habeatur ac si ex fundatione, vel dotatione prædicta pertineret, & quod reservations, primo dictas concessiones, facultates, & indulta hujusmodi revocati non possint, & clausule etiam derogatoriarum derogatoriz fortiores, efficaciores, & insolite dictis literis pro illarum præservatione desuper adjectæ sint, illarum formas, & tenores pro expressis habendo, revocavit, cassavit, & annullavit, ac Ecclesias, Monasteria, Prioratus, praeposituras, dignitates, & beneficia hujusmodi ad eorum primam naturam, præmissis non obstantibus, reduxit. Decernens irritum, &c.

Placet, publicetur, & describatur. A.

*Pape in 1522.
p. 1.*

*Lecta, & publicata fuit supradicta regula Rome in
Cancellaria Apostolica, Anno Incarnationis Domini
ni 1522. D.N. Papa Anno 1.*

Hortat & I Fridericum Saxoniz Ducem, ut Martinum Lutherum heresiarcham dimittat, ejusque relictis exercitoribus, Catholicam fidem sequatur.

Errorum autem ipsius Martini, ipsorumque & ipsius damnationes, habes supra in Leonis X. const. 40. Exurge, & consti. seq.

*HADRIANVS EPISCOVS, &c. Edita An. D.
Dicitur filii, Salutem & Apostolicam benedictionem. 1522.*

*Leo X. monuit
Ducem Saxon
iae, ut Marci
nam dimis
set.*

Satis, & plus quam satis sustinuimus, dilecte in Christo, si forte Dei pietas tuam animam dignetur invise, ac dare penitentiam ad cognoscendum veritatem, ut resipesceres a diaboli laqueis, a quo captivus detineris. Novimus te paternè monitum a fel. recor. prædecessore nostro, ut a te separares perniciem illam Christianæ religionis Martinum Lutherum, & cum iam toti Orbi manifestæ essent scelestissimæ machinationes illius, speravimus & te ad eorū penitus reversurum.

§. 1. Sed quoniam expectavimus uvas; & ecce quia ille verò mō frustra conflavit conflator, militiæ enim tuæ non sunt gis reprobū consumptæ, coëgit nos miseratio tui, coëgit paternus fatus est. amor, quo te & subditos Saxones in Domino semper fui multis rationib. mus prosequuti, salutaribus, & paternis monitis adhuc nibus horum convenire, ut vel tandem resipescatis, antequam planè in tur ut resipi vos conveniat, quod mox subdit Propheta: Argentum fatur.

§. 2. Et quid dicemus vobis, quād quod Galatis suis

G G g 9 Paulusi

Bullar. Mag. Tom. I.

*Saxones com-
mendaver
fideles. & pro-
pria Greg.
P. natione Sa-
xo, & exar-
Ducem Saxo-
niam electorem
Rom. Imp.*

Paulus : O insensati, quis vos fascinavit veritati non unitatem, in scripturatum agrum suum seminare semen, & perversam scripturatum intelligentiam, jampridem est aggressus ? Cum itaque maximè semper pars Ecclesiastum, imperita turba sit, & vix unus reperiatur aut alter, qui spiritualibus oculis de scripturatum intelligentia digna vulte judicare : siquidem librum signatum legimus quem solus Leo de tribu Iuda dignatus est aperire, ac solvere signacula ejus : quæ tandem est ista diabolica exacerbatio, uni carnali homuncioni, semper crucianti crupulam, & potum, quæ reliquo Orbi universo, quam tot spiritualibus patribus, quorum voluntas semper fuit in lege Domini, qui vite sanctimonia, ostensione spiritus, ac virtute, gloriose denique martyrio suam doctrinam comprobaverunt, in scripturatum intelligentia plus te fidei habere potuisse ? O cæcitatem novam, & inauditam ! Unus apostata tibi potuit persuadere, scellente priores universos errare posteros, & in solum se, & quos decepit pervenisse Regnum Dei, pervenisse totas miserationes Dei divitas, ac gratiam universitatis ? & quid non dicimus cum Propheta : Heu, heu, heu Domine, ergo decepisti populum tuum ? Quin potius, cur non deviatis (secundum Apostolic. præceptum) questionibus, ac pugnis verborum, ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspicione malæ, conflictationes hominum mente corruptorum & subvertunt corda audientium ex operibus suis, iuxta Dominicam designationem, studiis cognoscere filium profanum istum, qui ad vos venit primùm in vestimentis ovium, lupus intrinsecus rapacissimus : Siquidem non ex foliis, non ex floribus, sed ex fructibus arbor cognoscenda erat.

*Lutherus qua-
mala indu-
cat.*

§.3. Considera quantum Ecclesiæ Christi, tot malis undique circumvallatae ac penè oppressæ, pro opera qua illi subvenire debueras, cladem insuper intulisti. Oppugnator foris ab infestissimo illo ac potentissimo Christiani nominis hoste. Dissident intus principes Reip. Christianæ, & in mutuam armati pernicie, cruentissimis inter se odii confidunt, & in fraterna viscera ferrum stringunt, ut vix ethnici inter se crudelius. An hæc ita tibi visa sunt non satis gravia, nisi contritionem induceres super contritionem, nutriendis ac fovens serpentem illum in sinu tuo, qui veneno lingua suæ Ecclesiæ, & terras inficit adeo, ut nunc pervenenter gladius etiam usque ad animum ? Quanto autem pluris est anima, quam corpus, tanto gravius est prædictis omnibus horrendum illud, & plus quam tartareum venenum, quo hæresum ac schismatum contagione tot myriades animarum interierunt, intereuntque. Ita tibi debemus omnes, quod nunc passim ab unitate Matris Ecclesiæ recedatur : Quod avertatur vulnus indoctum, ac bis mille præstigiis ac fascinationibus retrahatur à fide, quam luit ab ubere materno : Quod basilica sint sine plebis, plebs sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reverentia, & sine Christo denique Christiani : Quod sacramenta fidei, non sacra censeantur : Quod sanctuarium Christi, sanctum esse negetur : Quod dies festi frumentum solemniis : Quod moriantur homines in peccatis suis, capiantur animæ ad tribunal terrificum, nec peccantibus reconciliati, nec sacra communione muniti : Quod pulcherrimus ille tabernaculi ordo confusus sit, & pro Christiana pace ac tranquillitate ad rebellionem, ad rapinas, ad cædes, ad incendia, cum magno ac manifesto Christianæ Recipublicæ discrimine, veluti classico passim excitati. Pro quibus egregiis tuis in Ecclesiæ Christi meritis, quo te præmio, imo quo non supplicio dignum censemus ? At dices fortè, Serpens me decepit. Dignam certè recipisti mercedem, qui illum nutritivisti in sinu tuo. Sed ita ne stultus es ac sine corde, ut in eis maximè rebus in quibus errare, damnari est, uni homuncioni cōperto peccatis, quæ tot sanctiss. ab initio Patribus, qui in lege Dei meditati sunt diu ac nocte, & quæ tot universalibus Conciliis im-
pudenti ore palam contradicit, ac sacrilega lingua detra-
hit, libertatis specie, licentiosam quamdam, nullis con-
strictiā legibus, ac ferè ferina, inducere conatur legem.

Unde & exlex homo, contemptor ac violator legum omnium, in tantam erupit mentis vesaniam, ut sanctissimorum Patrum decreta, & Ecclesiasticos canones igne publico concremate non formidat. Et breviter Christianam veritatem, omnem rerum ordinem, pulcherrimam denique Ecclesiæ faciem, à Christo, ab Apostolis, Apostolicisque viris, ac sanctissimis Patribus ab initio constitutam, unus hic post tot centenos annos discindere, invertere ac deformare molitur.

§.7. Quod si nondum satis etiam internoscis de Christiano magisterio, an de Antichristi spiritu ista profici-

*Lutheri fa-
mula au-
dacia.*

*Lutheri w-
proba man-
datis.*

*Lutheri
Concilium tr-
ahit, & v-
centiōam v-
ram induit.*

*Lutherus al-
teribus se i-
nterlocutus
Locus refut-
ans.*

*Lutherus al-
teribus se i-
nterlocutus
Locus refut-
ans.*

*Lutherus al-
teribus se i-
nterlocutus
Locus refut-
ans.*

*Lutherus al-
teribus se i-
nterlocutus
Locus refut-
ans.*

HADRIANUS SEXTUS.

638

cantur, si ita fascinavit te præstigator ille, ut credere possis unum hunc perfidissimum apostolatum, veluti alterum Heliæum habere duplicum spiritum Heliæ, aut alterum esse, quem se jactat, Danielem, in quo sit spiritus amplior & intelligentia scripturatum major, quam in omnibus olim sanctissimis illis doctissimisque viris, quam in sacrosancta Ecclesia Catholica, quid est te uno cæcius? Aut si jam ex fructibus arborem cognoscens, in errore persistis tamen, quid te miserius.

*verso ex
m. co.
s. p. s. u.
de per-*

§. 8. Sed esto transfiguratus sit coram te satanas ille in angelum lucis, & qua manifesta sunt opera carnis ac diabolica, spiritus esse & Christi opera, venenata sua facundia persuadere potuerit, nunquid non ubique vel hoc ipso prodidit, cuiusnam spiritus sit, quod omnis ejus sermo amarus est, virulentus, artrogans, ac maledicentissimus, nusquam nos scatenis conviciis, blasphemis, ac scommunitibus plusquam venenatis, adversus omne Christianæ pietatis, modestiæ, mansuetudinis ac benignitatis officium? Nunquid ita docuit Paulus, cuius se jactat spiritum habere, cum nulla ejus extet epistola, qua non pacem & unitatem, ac alias id genus virtutes redolcat? An non Romanos suos hortatur in Domino, ut in charitate fraternalis se diligent, invicem fecerint que sunt pacis, & qua adiunctionis custodian. Corinthiis an non testatur, se docere in Ecclesiis, Deum, non dissensionis, sed pacis Deum esse? Et breviter, nunquid non ubique clamat, ubique docet Evangelica illa tuba, ut digne ambulemus in omni humilitate ac mansuetudine, cum patientia superantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, utque deponamus omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem? Quo igitur paœto maledicentiam, amaritudinem, iram, indignationem, blasphemiam, inflationem, jactationem, qua ita huic peculiaria sunt, ut illa Paulo; ac illius discipulis universis, qui misericordia humilis corde: non Paulini, non Christiani, sed diabolici spiritus esse certissima indicia, vel cæco non clarissimè appareat?

*versus sa-
dotes ac
m. in for-
mam s. u.
versus &
babatu.*

§. 9. Ex verbis illius, quomodo non intellexisti, Christianum in corde suo, an vero Antichristum haberet, si cunctum quod ipsa veritas in Evangelio ait: Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali: De abundantia enim cordis os loquitur. Et cum scriptum sit, quod maledici regnum Dei non possidebunt: Item cum in Evangelio dicat Dominus, Quicumque dixerit, fratri suo racha, reus erit Concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehenna incendio.

*versus sa-
dotes ac
m. in for-
mam s. u.
versus &
babatu.*

§. 10. Illumine esse Antichristi Apostolum, cuiquam obscurum esse poterit? Qui non modo sacerdos Dei, sed & principem sacerdotum Petri successorem, Iesu CHRISTI in terris Vicarium, tam nefandis infamibusque nominibus, tam inauditis contumelias, conviciis, ac blasphemis, nusquam non lacerat, discripit, & infectatur, ut ea commemorare pudica refugiat lingua, & audire horrent aures castæ. Qui Apostolicam Cathedram, in qua præfedit caput Apostolorum Petrus, cui præfuerunt tot sancti Pontifices, quam Ecclesiam principalem, unde sit exorta unitas sacerdotalis, sanctus ille, & gloriosus Martyr Cyprianus non dubitat asserere, impio ac pestilenti ore Cathedram pestilentia, Antichristianam, diabolicam, & si qua potuit excogitare nefandiora, roties appellare non cessat. Qui scholas Christianas, qua tam multos doctissimos sanctissimosque viros, tam egregias in Ecclesia Dei columnas nobis protulerunt, impudica lingua sua, lupanaria, Sodomas & Gomorrhæas ubique vocare non verecundatur. Qui non satis habet, omnipotenter Dei sacerdotes probris omnibus, conviciis, contumelias, ac blasphemis horrendis, & inauditis, nunquam non publice ac privatum infectari, quibusvis canibus viliores facere, nisi etiam laicos conciter ad lavandas sibi manus in sanguine ipsorum. Cum tamen quanto honore haberit velut sacerdotes suos, maximè autem principem sacerdotum, idem ipse Dominus in Deuteronomio testatus est, dicens: Si difficile & ambiguum apud te judicium esse prospereris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & judicium intra portas tuas videris verba variati, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad sacer-

dotes Levitici generis, & ad judicem qui fuerit illo tempore, quaresque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem, & facies quacumque dixerint, qui præfunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem ejus, sequentesque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obediens sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël: cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Et Samuël cum sperneretur a filiis Israël, an non dicit Dominus: Non enim te sprevenerunt, sed me, ne regnum super eos, manifestè ostendens, invisibilem se contemni, cum visibilem quis spernit sacerdotem? Quare & Moses murmuranti adversus se populo respondit: Non adversus me murmurastis, sed adversus Dominum Deum velutrum. Quod si Leviticos illos sacerdotes tanta honoris prærogativa præcellere voluerit Dominus, qui exemplari tantum ac umbras deserviebant cœlestium, in umbratico illo tabernaculo sacrificiorum officia consummantes: quo tandem honoris loco eos haberi voluit, quibus tradidit claves regni cœlorum, tantamque tribuit potestatem, ut quæ ligarent super terram, ligarentur & in cœlis: & quæ solverent super terram, soluta essent & in cœlis: utque quotum ipsi dimitterent peccata, dimissa forent, quorum retinerent, forent & retenta? Qui non sanguinem hircorum aut vitulorum, sed hostiant vivam, sanctam, immaculatam, corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi offerunt quotidie pro peccatis nostris, conficiunt verbo suo, ac manibus tractant, & breviter sacramenta omnia, quibus hominibus vita salusque tribuitur animatum, suis perficiunt orationibus. Quanto, inquam, honore hos præcellete volueret Dominus, quis tandem dubitavit, quod nec ipse tacuisse in Evangelio, cum dicit ad eos, Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit & eum qui misit me? Et quid consequitur? Quod in eundem Christum blasphemus esset, & maledicetus, qui sacerdoti Christi blasphemat aut meledicit. An non hoc primum mandatum in retributione, Honora patrem & marrem, ut sis longæsuper terram? Qui autem maledicit patri aut matri morte moriatur. Nunquid ad carnales tantum parentes illud est referendum? Et num minus ad eos qui nos in Christo regeneraverunt, per quos Christiani sumus, qui nobis peccata dimittunt, qui cœlestibus nos pacem sacramentis? Quid si peccatores sunt, & mali sacerdotes? Quid si parentes? Nunquid propterea eos, quos Dominus misit ante faciem suam, & ad quos dicebat: Quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exentes foras de domo, aut de civitate, excutie pulverem de pedibus vestris, Amen dico vobis, tolerabilius erit terra Sodomorum, & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati. An non præcipit ita Apostolus? Obedite præpositis vestris, & subjecete eis? Quod si malis, & peccatoribus non sit obedientium, quibus tandem? Quoniam si dixerimus, peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Ovis es, noli discutere pastorem: nolite iudicem Dei constitutæ & Christi. An non ita præcipit Dominus in Evangelio, dicens: Super cathedram Moysi federant scribæ & pharisei, omnia quæcumque dixerint vobis, servate & facite, si qua autem fecerint mala, face re nolite. Manifestè significans, habere eos dignitatem, tamen vita effient perdita. Nunquid idem Dominus, cum postea tempore passionis alapam accepisset a servo sacerdoti, dicensi sibi: Sie responde Pontifici? adversus Pontificem quidquam dixit contumeliosè? quin magis innocentiam suam assertens & ostendens? Si male, inquit, locutus sum, exprobra de malo: si bene, quid me cœdist? An non & Paulus, cum cœderetur in concilio jussu Anatiae, diceretque ad eum, Percutiet te Deus paries dealbate. Et tu sedens judicas me secundum legem, & contra legem jubes me percuti? audiens ab adstantibus, Sic insimulas sacerdotem Dei, maledicendo ipsum? tamen inane nomen, & umbram quandam sacerdotis cogitans, expavit: Nesciebam, inquit, fratres, quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: Principi populi tui non maledicentes

ledices. Quo magis mirarib, quod ex istis diabolici illis contigisse vitam, qui Christum in sacerdotibus suis
spiritus veluti fructibus nequissimis, arborem pessimam
nondum cognovistis. Et quis tandem est ita hebes ani-
mo, ut non videat quod nunc prorumpant furiosissimi
conatus istius, cum ut quisque est facinorisssimus, des-
peratisssimus, aut perditissimus latro, aut homicida, sub
isti vexillis ac signis, convenienti Ecclesiam jam Chri-
sti particidalibus ac sacrilegis manibus, non clau, sed pa-
lam oppugnantes, consecrata Deo loca, templo & mona-
steria exurunt, & profanant, Christo dicatas virginis,
sacerdotes Christi, & monachos crudelissimi perse-
quuntur, Ecclesiarum bona diripiunt, & breviter, rapinis,
latrociniis, cædibus ac incendiis confundunt universa,
excæante nimis eos justo Dei iudicio, & in infamiam tam manifestam erumpere permittente, ut nemini
nam jam latere possint sceleratissime machinationes istius.
Atque, hi qui pestifera contagione ipsius infectos sele-
tandem cogoverunt, schismatico errore deposito, ac
hæretico furore deserta, unitatis ac veritatis domicili-
um fidei sanitate repetunt, inter quos, dilecte nobis in
CHRISTO J. su, cum à te non ex postremis reverstum
ad salutarem matris sinum speravissimus, quem reveren-
tem libenter & obviis exceperimus manibus, bona spe
tandem nostra frustrati, videmus supra petram induravis-
se te faciem tuam, videmus perniciem illam animarum
Lutherum sub tuo patrocinio latitare, super adhuc
virus longè lateque spargere. Sed quoniam adhuc potens
est Dominus Deus etiam de lapidibus istis suscitare filios
Abrahæ, antequam egreditur ut ignis indignatio ejus, &
succendatur, nec sit qui extinguat, ideo te fili dilecte in
Christo obsecramus per viscera nostri Redemptoris Do-
mini nostri Iesu CHRISTI, per Christianam unitatem,
per patriæ charitatem, per tuam denique ipsius, tuorum-
que salutem, miserere Ecclesie Christi, & tot jam malo-
rum procellis undique exagitatae ac penè oppresse tua
maximè culpa, aliquando fer opem, misere patria no-
stra, quæ sinceræ olim fidei, eximiae religionis, sanctæ sub-
jugo Domini ac religiose obedientia insigni præcellens
gloria, perniciem istam religionis Christianæ, ac fidei ac
pietatis publicum hostem Martinum, in suis se peperisse
ac fuisse visceribus, nunc etubescit. Misere denique
tui ipsius, tuorumque miserere seductorum Saxonum,
quos, nisi resipiscatis, & quidem citè, manet præsens &
certa ultio Divina, quam neque in hoc sæculo effugietis,
neque in futuro. Hæc dicit Dominus Deus: Audi popu-
le stulte, audi princeps qui non habes cor, qui habetis
oculos, & non auditis, me ergo non timebitis, & à facie
mea non dolbitis? Nunquam non auditis, quæ fecerim
in diebus antiquis? Legite scripturas, in quibus putatis
vos vitam æternam habere, & invenietis, quæm gravis
semper fuerit, & quæm terribilis Divina vindicta in illos
qui in populo Dei schismatæ concitataverunt. Nunquid
non legitim horribilem Divinam ultionem adversus Da-
than & Abiron, quod multitudinem adversus Mosen
concitavissent, quod dehinc sub pedibus terra, & ape-
riens os suum, deglutiuit, & omnia quæ ad eos perti-
nuerunt, ita ut descendenter viventes in infernum? Et
adversus Core, quem eandem ob causam cum ducenti,
& quinquaginta viris cœlestis flamma devoravit. Quod
si ob durius imperium fortassis, aut quorundam pasto-
rum seu ignaviam, seu malitiam, schismata excitanda pu-
tatis, nunquid non ex libro Regum auditissim adeo indi-
gnatum fuisse Dominum adversus decem tribus filio-
rum Israël, & in omne semen eorum, ut dimoverit eos,
& tradiderit in direptionem, donec projiceret eos à facie
sua? Ob quam tandem culpam, nisi quod ob durius im-
perium Salomonis, & imprudentius arrogansque refi-
ponsum Roboam Regis Hierusalem, scilicet fuerunt à
triba Juda & Benjamin? Quam præsens semper fuerit Do-
minus vindex sacerdotibus suis, an non Saul ab regio ab-
jectus honorè, & Ozias rex Juda percussus lepra, propter
ea quod quæ sacerdotum erant, contra sacerdotes Domini
lunt auti usurpare, sufficienti vobis potuerunt esse ar-
gumento? Et breviter. An non omnes testantur histo-
riæ, universos ultrice Domini manu infeliciter perfuisse exi-
tu, qui in Christos Domini sacrificiales manus injicere non
formidaverunt? Contra autem, felicia omnia, & longum

§. 11. Non dedigneris fili dilecte Paulum imitari, Hortum
Ducem u
niuersitatis
ab Ecclesi
preservari
& Divina
Panorum
tehni.
quem sicut vicisti in Ecclesie Dei persecutione, tam gra-
uem animarum perniciem sub tuo nutriendis patrocinio,
ita reversus ad cor, efficie ut omnes intelligent tuam con-
versionem, utque qui per te sunt scandalizati, in te rur-
sus glorificant Deum. Maximè autem hoc præsta quam-
primum, ut impurum os illud obstruatur, ut capuletur
blasphema lingua, quæ contra Deum ac Santos ejus lo-
qui non cessat, & virus suum undique spargit. Et ut propheticis
vos verbis admoneamus, statim super vias, & vi-
date ac interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona,
& ambulate in ea, & invenietis refrigerium animabus
vestris. State, inquam, & doctrinis variis & peregrinis
nolite abduci. Interrogate de semitis antiquis, quæ sit
via bona, per quam ambulaverunt patres vestri, quam
demonstraverunt tot myriades martyrum, docueruntque
tot millia confessorum, & ambulate in ea.

§. 12. Quod si à vobis impetraverimus, sicut & si-
ce speramus, erit quod gaudemus cum Angelis de pec-
cato penitentiam agente, & perditam ac rursus inven-
tam ovem humeris nostris ad ovile Domini gaudentes
reportabimus, paternaque pietate quantum in nobis fue-
rit, stolam vobis pristinam restituemus.

§. 13. Quod si dixeritis: Non ambulabimus, paterne Panorum
mutorum
institutum.
salubriterque vos monenti respondebitis, Non audie-
mus. Ideo audite gentes, dicit Dominus, & cognoscite
congregations, quanta ego faciam eis. Ecce ego addu-
cam mala super populum istum, fructum cogitationum
ejus, quia verba mea non audierunt, & legem meam pro-
jecerunt. Sed & hoc tibi denuntiamus in virtute omni-
potentis Dei, & Domini nostri Iesu Christi, cuius in
terris Vicarius sumus, nec te in præsenti sæculo hoc la-
turum impunè, & in futuro æterni te ignis expetare in-
cendum. Vivunt unæ Pontifices Adrianus & religiosissi-
mus Imperator Carolus, meus charissimus in Christo fi-
lius, & alumnus: cuius tu edidimus verè Christianum
adversus Lutheranam perfidiam, & quod tales decebat
Imperatorem, non sine gravi offensa ac vilipendio Cæ-
saræ Majestatis violare non timisti. Non committe-
mus, ut quos olim cum Magno Carolo Adriani Ponti-
fex in Christo generunt, nunc Hadrianus Pontifex,
& Imperator Carolus sub schismatico ac hæretico ty-
tanno, hæresum ac schismatum finamus interire conta-
gione. Quare revertimini ad cor, & resipiscite tu, tui-
que misere seducti Saxones, nisi utrumque gladium,
Apostolicum simul & Cæsareum, velitis experti. Scri-
pta Romæ 1522.

Canonizatio S. Bennonis Episcopi Misnensis,
ejusque in SS. Confessorum numerum rela-
tio, cum ejus Festivitatis pro die 16. Maii
institutione, & indulgentiarum pro ea die
ad illius sepulchrum quotannis accendentibus
elargitione.

Hac eadem die iste Pontifex, coramdem SS. Con-
fessorum Catalogo B. Antoninianu Archiepisco-
pum Florentinum ascripsit, sed sua Canoniza-
tionis

HADRIANUS SEXTUS.

693

Rivus litera, illius superveniente obita, à Clemense VII. successore expedita fuerunt, ut in sua conf. 1. lib. 1. Ratione.

*HADRIANVS EPISCOVS,
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

Ecclesie multo militantem Ecclesiam pretiosorum lapidi Christi unitorum ornatissima varietate decoram, strutura mirabili fundare dispositus, hinc processerunt beati Patriarchae, qui fidei praeclari sanctorum Angelorum susceptores esse eti, facie ad faciem Deum videare meruerunt. Hos secuti sunt sancti Prophetae, quibus ostendit Deus secreta sua, ut ventura quasi praesentia Spiritu sancto illuminante agnoscere, atque enuntiare potuerint. Postquam autem venit plenitudo temporis, & oriens ex alto in assumpta sibi humanitate nos visita, nostraeque salutis mysteria, sicut praeixerant Prophetae, adimplere dignatus est, constituti fuerunt beati Apostoli divinitatis protulgentes, qui per orbem universum genus humanum, quod sub diabolica potestate iugulo tenebatur, ad salutem excitantes, Dei verbum in omnibus Terra finibus prae dicarunt. Hos secuti sunt Martyres splendidi, qui fidei loriam induiti, & inconcusse stabilitatis baltheo succineti, ac stolas suas in sanguine innocents agni lavantes, & candidato exercitu Christum Iesum imitati, cum gloria Victoria palmas manibus gestantes, se dicto vivo lapidi Christo adjunxerunt, sempernam sui memoriam, & exemplum venerabile militanti Ecclesiae reliquenter. Progressi sunt Doctores lucidi, qui suis doctrinis & exemplis Catholicam & orthodoxam fidem ipsam subvertente satagentibus se opponentes, dicto militante Ecclesiam multipliciter illustrarunt, quibus eadem cohitata progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribiles ut catastrophum acies ordinata. Sequuntur postea Sancti Confessores, qui virtutum geminis coruscantes, Domino ratione de talentis creditis reposcenti, utpote fideles, & boni servi, multiplicatum de suis laboribus fructum attulerunt, & in arcum celestem reposuerunt, omniaque mundi blandimenta ut venenum apidum fugientes, latibula in terris petierunt antris abditi, rudi viatu, scaturientis aqua leni potu carnem macerantes, tegmine hircino amicti, juncceo, vel stramineo fessa membra somno soventes, nudis pedibus Dominum quiescunt, eternamque patriam invenerunt. Adsunt & Virgines nitide, mundo corpore, sincero corde, sanctaque mente, cum oleo in lampadibus suis, sponsor qui est pro filiis hominum speciosus, obviam venientes. Devota tandem, continentisque Vidua, & aliae quamplurimae sexus utriusque personae, piis & sanctis operibus semper intentae, cum plenis manipulis eidem cœlesti sponsor se representaverunt, cum Angelis gloriam in altissimis Deo, & in terra pacem hominibus bona voluntatis magnifice deponentes.

S. 2. Hac omnis unus & idem Spiritus admirando plurimum operatur mysterio, & sicut altissimus ab initio viueam suam, talibus pīs cultoribus juxta sanctam promissionem suam visitavit, firmavit, & auxit, sic semper ad illam suę protectionis auxiliū multipliciter impetravit, & eandem vineam more solito visitans, virum fortem ad hujusmodi vineas culturam adduxit, gloriosum feliciter Confessorem beatum Bennonem, superne cœtu merito sociandum, imo verius sociatum, qui inter ceteros Christi athletas suis meritis & exemplis ipsam sanctam Ecclesiam divina cooperante gratia multipliciter decoravit, presentisque temporis caliginem suę lampadis fulgore mirabiliter illustravit. Ipse enim adversus mundum, cathecum, & demonem fortiter dimicavit, & in odorem altissimi currens, copiosam utriusque sexus Christi fidelium multititudinem salubriter post se traxit, ac velut effusam super faciem terre religiosam professionis suę generationem dereliquit, ut ad illuminationem gentium celebri memoria tanquam rutilum sydus in Ecclesiaz firmamento servaretur.

S. 3. De cuius quidem origine, vita, moribus, & fama, necnon mirabilibus, quæ in premium sanctitatis ejus,

Deus mundo multipliciter ostendere dignatus est, ne do nesciamus tam celebri viro etiam posteritas maneat ignara, pauca ex multis duximus recensenda. Siquidem Fridericus Bulternburgensis vir nobili loco natus pater fuit beati Bennonis, quem ex Bezelia ejus pia uxore suscepserat. Cumque in tur. Beato Bennone ab ineunte aetate bona indoles elucet, ne illa æqualium studiis, malis moribus, ac depravatis opinionibus (ut illa aetas assolens) corrumpetur, magnopere sibi providendum existimat, & cum ut primum ex infantia excellit, divo Bernardo Episcopo Hildesheimen commendavit, & tradidit. Qui cum negotium sibi commisum attendet, ut puer ad virtutem recte informaretur, illum primum ad amorem Dei optimi maximique induxit, deinde vero cum vir prudente intelligeret, utile esse littera cum virtute conjungerentur, beatum Bennonem à Bigarlo, bono sane viro & docto instruendum curavit, sub quo magnos ille progressus fecit, quamobrem in eis te jam adolescentia, cum ad benē beatoque vivendum factis instrutus esset, monasticam vitæ rationem suscepit. Monachus itaque cum esset, rejectis voluptatibus, omnem vitæ cursum in virtute confecit: quod cum Fratres cum quibus vivebat probabant, tantumque in eo virtutis esse cognovissent, quantum Ecclesiastis honoribus erat mandandum, defuncto eorum Abbe cunctis ferè suffragiis Abbatiam illi detulerunt, sed quia res in concrationem inciderat, cum essent sed non ita multi, qui Sigiberto religioso viro suffragabantur, beatus Bennone ut erat ab omni ambitione alienus, honorem recusavit, & pro Sigiberto summo studio egit, rogavitque ne se ab ea viventia ratione, qua in tranquillitate esset, distraherent, sed quo ille vehementius rogabat, eo magis Monachorum studia incendebantur. Urgentes igitur & instantes, beatum Bennonem vel invitum ad dignitatem rapiunt, quam ipse tertio post mense depositum, leque ad pristinum vitam & benē quidem institutum retulit, cedipitque eum clara memorie Henricus Tertius Imperator diligenter primi, qui cum viderer sanctissimum hominem ad templicam benē gerendam natum esse, tantum vix in cœbii angulis aetatem consummate passus non est. Sed cur à fili record. Leone Papa IX. predecessor nostro ascensum obtinuisse, illum magnopere repugnantem è Monasterio eduxit, ac Praepositura Ecclesiaz Borsorian, Hildesheimen, die ecclesis præfecit. In ea vero cum usque ad ingratiascentem aetatem integrè, castaque convergetur, Canonicus Ecclesia Misnii fama ejus induxit, venerandum seem qui tunc quinquaginta sex annos natus erat. Ecclesiaz sue præesse voluerunt. In qua cum omni præclaris, hoc præclarissimè egit, quod Vandalos de religione Christi, male sentientes, ex perniciose errore eripuit, eosque traduxerit, ut una cum Catholicæ Ecclesia pari studio idem Christianam tuerentur. Quod factum & mirabile est, & planè divinum. Illis namque temporibus pīmem, Gregorius Papa VII. etiam predecessor noster, & similis memorie Henricus Quartus Imperator, magnas inter se inimicitias geregant, & ita quidem ut alter alterum de eo in quo locatus erat dignitatis gradu dejectum staderet, qua de causa uterque suos in Concilium vocavit. Paruerunt Imperatori non solum Principes, sed etiam universi, & Germani, & Galliarum Episcopi, solus beatus Benno decreti Imperatoris auditor non fuit, quippe qui præclarum fore existimabat, si Ecclesiaz dignitatem quo d'ejus fieri posset, tueretur. Atque ut suè erga Ecclesiam devotionis documentum daret, Imperatorem Marchionemque Misnen, hostes religionis judicatos exco nunciavit, quin etiam Marchioni ingressum templi Misnen, prohibuit, seque ad Concilium Pontificis contulit. Ad hac magnitudinem animi quid addi potest? Sed antequam præfectionem suscepseret beatus Benno, in Albim magni & celebre flumen perfluen, Ecclesiaz sua Misnen, claves projectit, ut iis qui se Imperatoris cause ad junxissent, que ob tem excommunicati essent, ingressus Ecclesia non pateret, ex quo facile concipi potest, quantas ille inimicitias pro Ecclesia Catholica suscepserit, quantoque se obtulerit periculo. Nam cum Imperator se fīosque injuria affectos existimat, ac suas & communis injicias iros, qui intenderet, beatum Bennonem à Concilio reverenti, ut suum expleret animum in vincula conjectit. Sed Dicitur

omnipotens, qui bonos scelerate oppressos erigit, divi-
num hominem respexit, fuit igitur beatus Benno non ita
multo post, & liberatus, & in pristinum statum restitutus.
Cum autem eo tempore claves Ecclesie Misnen, de qui-
bus praefati sumus, desiderarentur, in dicto Albi flumine
capitus pescis, in eius vifceribus claves amissae repe-
riuntur, magnum sane, & haud obscurum divinitatis spe-
cimen. Nunc verò de iis quibus Ecclesiam suam exorna-
vit Sanctissimus homo. Et primo quidem cum videret
egregium cantum rebus sacris magno ornamento esse,
optimam quidem ille canendi rationem instituit, qua
hodie in templo Misnen, magno cum decoro vigeret. Ec-
clesiam præterea bonis multis, atque facultatibus locu-
pletiorum fecit, quid quod in eo loco, in quem secedere
solebat, si quando à ceteris curis ad contemplationem
Dei Optimi se convertere veller, Ecclesiam collegiatam
extruxit, instituitque. Sed quid pluribus de propenso
beati Bennonis in rem Ecclesiasticam studio? Albinum flu-
men prædictum siccis pedibus transvixit, cumque aliquan-
do (ita ut facere solebat) agricolas inviseret, videretque
homines de labore fessos vehementer sitire, commisera-
tione adductus, quam in vinum convertit. Idemque bea-
tus Benno alio quodam tempore, cum in valle proxima
Civitati Misnen, concionem ad populum haberet, ani-
madvertit multos, ut fit tempore astivo, siti penè exani-
mes, ut illis subveniret terram percussit, è qua subito
uberrimus, & perennis fons emanavit, qui adhuc hodie-
nis diebus fons sacer appellatur. Campia verò ab ipso
dico Bennone consecrata, omnem vim coeli ab agris fi-
nitimis avertit, tum ager ille per quem iter facere solebat
vir divinus, omnes qui in ea vicinia sunt agros ubertate
facilè superat. Est præterea pagus quidam Neumberch
nuncupatus, à Misna longe distans, aliquando tamen di-
vinitus accidit, ut uno eodemque tempore beatus Benno,
& illuc rem sacram faceret, & Misna rebus sacris interesse
videretur. Marchio quidam Misnen, ad rem avidior, cum
per summum scelus in possessionem bonorum Ecclesie
Misnen, irruisset, beatus Benno hominem rectè facturum
affirmavit, si ea quæ ipsi Ecclesie Misnenri eripuisset,
restitueret, sin minus Deum aliquando pro tanta impro-
bitate poenas ab eo expetirum. Quibus verbis homo
surens concitatus, sanctissimum virum alapa percussit:
tunc beatus Benno divino spiritu afflatus, hanc tantam
injuriam, inquit, hoc eodem tempore sequentis anni Deus
omnipotens ulciscetur. Quem Marchio ille proterver-
atque superbus irrisit, ac paulo post beatus Benno ægro-
tare coepit, & brevi futurum sperans, ut ex hac vita ad
superos, quorum consuetudo dulcis est atque æterna, mi-
graret, paulò antequam moteretur Canonicos suos ad-
hortatus est, ut eam charitatem quam nos docuit Chri-
stus, studiose completerentur, deinde Eucharistiam ci-
bum illum divinum magna cum pietate suscepit, & cum
orationes ad Deum optimum maximumque habuisset, è
vita excessit, & quidem quadragesimo Pontificatus sui
anno, post Christum autem natum millesimo centesimo
sexto. Hacenus de iis, quæ in vita non humano confi-
lio, sed divinitus gessit divinus homo.

*Et post mor-
tem miraculis
etiam emicuit.*

6. 4. Ad ea verò quæ post mortem illius, summa cum
admiratione acciderunt, nonnulla recitanda censuimus,
ac primùm, Marchio de quo paulò ante locuti sumus, cum
tempus illud evenisset quo sanctus vir ipsum Marchio-
nem poenas daturum prædicterat, in hanc vocem proru-
pit, Benno superiori tempore nescio quod periculum no-
bis hodierno die eventurum minabatur, mortuus est ille;
non igitur est quod nobis timeamus. Vix ille hæc verba
finierat, subito consternatur, & auxilium eorum qui ade-
rant implorans, miserandum in modum, ac magno cum
dolore, & gemitu moritur. Hinc facile concepi potest, di-
vinam potentiam divino homini communicatam esse.
Accedit hue alterum exemplum priori haud dissimile.
Vvillelmus alias Marchio antedictam Misnen, Ecclesiam
injuriouse tractabat, cumque Prepositus ejusdem Ecclesie
hominem magnis precibus à halo instituto abducere vel-
let, ipse non solum restè monentibus parote noluit, sed
etiam multo magis quam antea ipsam Ecclesiam vexavit:
tum dictus Prepositus cum aliunde auxilium petere non
posset, ad divum Bennonenm confugit, ab eoque preca-

tus est ut Ecclesiam servaret, quo factum est, ut beatus
Benno Marchionem per quietem admonuerit, ne quid
gravius adversus Ecclesiam moliretur, quod cum ille ut
inanem somnium contemneret, quanto deinceps vehemen-
ter objurgatus, alterum oculum amisit, periculo gravio-
ri proposito, nisi ab improbo instituto desisteret. Vil-
lelmus Marchio partim metu, partim pœnitentia duces
Ecclesie restituit omnia, illiusque facultates quantum
potuit auxit, quin etiam divum Bennonem, & plurimi
fecit, & maxime coluit. Illud verò prætereundum non
est, duos esse Pagos, in quorum altero Marchionem dum
fugeret se abdidit, in altero verò Vandalo à summa im-
pietate ad fidem Christianam convertit, in quibus vesti-
gia pedum ejus adhuc integra concernuntur, tum rugu-
rium illud in quo apud Vandalo fuit, et si nulla stabiliori
strutura firmetur, testumque habeat stramineum vetu-
state confectum. Illud tamen nec unquam vitium fecit,
ne igni est consumptum, cum tamen sè numero vicini-
æ ades incendio fragarunt. Habitus quoque Episcopali
quis corpus suum terra commendatum exitit, una
cum mitra Episcopali ultra ducentos annos sub terra la-
tuit, & absque aliqua alteratione ex sepulchro effossus,
hodie integer cernitur, & ostenditur. Possent hic quam-
plurima alia miracula afferri. Multos enim divi Bennoni-
ni meritum è mortuis excitatos constat; multos variis
morbis curatos, denique qui votum fecerit, neminem il-
lius beneficium non sensisse.

6. 5. Propter quæ charissimum in Christo filius noster Carolus Romanorum, & Hispaniarum Rex Catholicus in Imperatorem electus, & dilecti filii nostri Albertus S. Petri ad Vincula Presbyter, & Matthæus S. Angeli diaconus S. Romanæ Ecclesie Cardinales, ac venerabiles fratres nostri Riccardus Treviren. & Hermanus Coloniensis Archiepiscopi per eorum patentes literas, necnon dilecti filii nobiles viri Ferdinandus Archidux Austriæ, ac Georgius, & Henricus fratres Germani Duxes Saxoniæ, Lantgravii, Thuringiæ, & Marchiones Misnae, per venerabilem fratrem nostrum Joannem Episcopum Misnen, Nuntium & oratorem ad Nos ab eis destinatum, & dilectum filium Vvillelmum de Enckenuort, electum Durtschen, Datarium, & Prælatum nostrum domesticum, eorum apud Nos & Sedem Apostolicam etiam oratorem, & negotiorum gestorem, humiliter supplicari fecerunt, ut præmissis diligenter inquisitis & exploratis, ad beati Viri canonizationem procedere dignaremur.

6. 6. Quorum quidem precibus licet libenter annue-
re vellemus, summopereque gauderemus hujusmodi ca-
nonizationem nostris temporibus divino quodam my-
sterio contigisse, ac nobis justum videretur, ut idem bea-
tus Benno, quem jam Deus in cælesti gloria Sanctorum
choro dignum fecisse plurimis & manifestis indicis, &
miraculis ostenderat, in terris etiam sibi debito Sancto-
rum honore non defraudaretur, non statim rem tanti pon-
deris ac momenti faciendam, sed juxta veterem, & lau-
dabilem consuetudinem cunctanter matureque conside-
randam duximus. Post triplicem igitur inquisitionem ex
recolendæ memoria Alexandri Sexti primo, & deinde
Julii Secundi, & successive Leonis Decimi prædecessorum
etiam nostrorum commissionibus super hoc debet factam,
tandem idem Leo Decimus tribus etiam Romana Eccle-
sie Cardinalibus, ex tribus illorum ordinibus, videlicet
Venerabilibus fratribus nostris Bernardo Ostiensi
sanctæ Crucis Jerusaleni, & Antonio Albanen. Episco-
pis, tunc tit. S. Vitalis Presbytero, ac Joanni SS. Colinæ
& Damiani Diacono Cardinalium, de fratribus suorum,
de quorum numero licet absentes tunc eramus, consilio
& assensu commisit, ut ipsi viisis, & examinatis processi-
bus editis super ejusdem beati Viti vita moribus, fama,
& miraculis, ante, & post ipsius deceplum, ejus intercessi-
onibus à Deo factis, aliisque cunctis ad Sanctorum ca-
nonizationem hujusmodi necessariis, se super omnibus, &
singulis diligenter informante, & per eos comperta in
suo secreto Consistorio, ut moris erat, fideliter refer-
rent. Cumque ipsi Cardinales viisis, & examinatis diver-
sis processibus in partibus Germaniæ de Sedis prædicæ
commissione habitis, & ad Curam nostram transmissis,
testiumque fide dignorum depositionibus, pro tanta rei
dignitate

dignitate debite ponderatis, de supradictis miraculis ac
vitæ sanctimonia, & aliis à jure requisitis fideliem nobis
relationem in pluribus etiam secretis Consistoriis feci-
sent. Nosque ipsorum, & omnium Cardinalium vota pro
celebranda d. canonizatione convenientia, & conformia
invenimus, & pro celebriori executione, dilectus filius
Joannes Baptista de Senis, utriusque juris doctor, & aula
nostra Consistorialis Advocatus, in publico Consistorio
omnia de ipsis beati Viti vita, moribus, fama, & miracu-
lis copiosè percensuerat. Nobisque humiliter supplicas-
set, ut ad ejusdem beati Viti canonizationem, matura de-
liberatione prohibatis, procedere dignaremur. Nos de re-
latis coram Nobis, in primis maximas omnipotenti Deo
gratias agentes, rogavimus omnes in eodem publico
Consistorio tunc astantes, ut suis orationibus, & jejunii
Ecclesiam Dei juvarent, ac ne eam Altissimus mo lo alii-
quo in hujusmodi canonizationis officio errare permit-
teret, instanter orarent, denum post aliquot dies conve-
catis denro in aula nostra Consistoriali in Palatio Apo-
stolico, universis, & singulis, qui tunc aderant in Roma-
na nostra Curia Ecclesiastica Prælati, Patriarchi vide-
lacet, Archiepiscopis, & Episcopis, in praesentia corun-
dem fratrum nostrorum dictæ Romana Ecclesie Cardi-
nalium eosdem processus super ejusdem Beati vita, mori-
bus, fama, & miraculis editos, per eundem Joannem Bap-
tistam breviter summarieque repeti fecimus, que cum
ex serie per Cardinales, ac alios quibus id munus per
Nos injunctum fuerat, enarrata, & exposta fuissent, om-
nique astantes Prælati, quid sibi super hujusmodi cano-
nizationis negotio videretur interrogati, unanimi con-
fensi, nullo penitus discrepante respondissent, sibi vide-
ri, quod idem beatus Vir inter Sanctos merito adscribi-
retur, & connumeraretur. Nos iterum humiles ipsi omni-
potenti Deo, quod ad beatum servum suum debitibus ho-
noribus prosequendum corda nostra illuminare dignatus
esset, gratias agentes, ad ipsius canonizationem diem Do-
minicam primam post Pentecosten, quæ tunc occurrebat
ultima die mensis Maii Anno Domini 1523, deputavi-
mus, ac in Basilica Principis Apostolorum de Urbe ampli-
am suggestum ligneum de more parari, & exornari juf-
sum, super quo quidem, astante universo Clero, & popu-
lo, de vita, miraculis, & fama ejusdem beati Bennonis hu-
mili, devotioneque pleno (ut moris est) sermone habi-
to, deindeque Litanie, & Hymno, Veni creator Spiritus,
per omnia devote decantatis, necnon à Procuratoribus
causa ipsius canonizationis, & ab ejusdem Caroli in
Imperatorem electi apud Sedem prædictam constituto
Oratore, à Nobis magna cum instantia peritio pronun-
tiari, adscribi inter Sanctos eundem beatum Bennoneum
cum jam omnia consummata essent, omnesque Ecclesiæ
ceremonias consuetas super ea re ritè servavimus. Deum
præ oculis habentes, ad canonizationem ejusdem Beati
sub his verbis procedendum duximus, & processimus.

*unque ca-
riss. Con-
tra ad
Festū
di 16.
agi ju-*
§.7. Ad laudem, & honorem sanctæ, & individuæ Tri-
nitatis, & exaltationis Fidei Catholicæ, & Christianæ re-
ligionis augmentum, auctoritate Domini nostri Jesu
Christi, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, & no-
stra, de Fratrum nostrorum consilio decernimus, & defi-
nimus, bonæ memorie Bennonem olim Episcopum Mu-
nensem Sanctum esse, & in Sanctorum Catalogo adseri-
bendum, ipsumque in eodem Sanctorum Confessorum
catalogo describimus. Statuentes, ut ab universalis Eccle-
sia quolibet anno Festum ipsius, & officium, sicut pro uno
Confessore Pontifice, sextadecima die mensis Junii, hoc
est depositionis sua, devote, & solemniter celebretur.

*gentiaf.
e annie
plus ad
spolebr
memoria
vegitur. Mif-
m deinde
ibra cum
vino & col-
la S. Beno-
to. Indul-
tione im-
plicatur.*
§.8. Et insuper eadem auctoritate omnibus verè po-
nitentibus, & confessis, qui annis singulis ad sepulchrum
ejusdem sancti Bennonis eadem die accesserint, septem
annos, & totidem quadragenas de iunctis eis péniten-
tiis misericorditer relaxamus.

§.9. Quibus debite peractis, inchoatoque per Nos, ac
decantato usque ad finem à Cantoribus nostris hymno,
Te Deum laudamus, in illius etiam finem, Cardinali dia-
cono in cantu dicente: Ora pro nobis beatus Beno, à
Choroque responso. Ut digni efficiamur promissionibus
Christi. Nos illico propriam Orationem de eodem San-
to alta voce decantavimus dicentes: Deus, qui nos beati

Bennonis Pontificis confessione gloriofa circumdas, &
protegis: da nobis, & ejus imitatione proficere, & inter-
cessione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Chri-
stum filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate
Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. De-
inde verò à dicto Choro responso, Amen. Solemnam
illuc Missam Nos ipsi celebravimus de dicta tunc occur-
rente Dominica prima post Pentecosten. Collectas lingui-
tas sub una conclusione terminantes, additis etiam pre-
dictis ceterisque specialibus ejusdem sancti Bennonis
collectis immediate sequentibus. Pro secreta videlicet:
Sanctus tuus quæsumus Domine Beno Confessor, &
Pontifex, nos ubique laetificet, ut dum eam recolimus
merita gloriofa, apud te semper patrocinia sentiamus;
cum sua conclusione videlicet, per Christum, &c. Deinde
verò post communionem sub junximus dicentes: Quæsumus
Domine salutaribus repleti mysteriis, ut sancti tui
Bennonis Confessoris, & Pontificis, cuius solemnitas cele-
bramus, etiam intercessione adjuvernur, cum simili con-
clusione. Et ita Missam ipsam ad finem usque cum solitis
ceremoniis, juxta ordinarium Apostolicum illuc debitè
terminavimus. Indulgentiamque plenariam omnibus of-
ficio hujusmodi tunc astantibus devote elargiri sumus.

§.10. Praesentes literas in præmissorum testimonium
concedentes, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei,
qui in sanctis suis mirabilis est, ac gloriosus vivit, & re-
gnat benedictus in secula seculorum.

*Hab literas
desuper edit.*
§.11. Ceterum quia difficile foret easdem præsentes
literas ad omnium notitiam deferri, volumus, & decer-
nimus, quod earundem transumptis, manu Notarii publi-
ci subscriptis, & sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici mu-
nitis fides adhibeat indubia in omnibus, & per omnia,
& illis ubique stetur, ac si originales literæ hujusmodi
essent exhibitæ, vel ostensæ.

§.12. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi-
nam nostrorum decreti, definitionis, descriptionis, statuti, *Sanctionem*
Dat. P. A. 6.
relaxationis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei *ponit.*
ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac
beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit
incursorum.

*Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Do-
minice 1623, pridie Kal. Junii, Pont. nostri Anno sexto.*

CLEMENS SEPTIMUS PONT. C C X X I I I .



Clemens Septimus Florentinus, de familia Medicea,
Archiepiscopus Florentinus, Presbyter Cardinalis
tituli